

W.R. 211.

6.11.22

A D

# SYNODUM DIOECESANAM BORNENSEM

D.XII. Septembris A.O.R. MDCCIII.

I N

**TIMORE DOMINI**  
CELEBRANDAM

PLURIMUM REVERENDOS  
D N N.

COLLEGAS ac PASTORES  
SINGULOS EPHOR. BORN.

PERAMANTER INVITAT

L. JOH. Gottlieb LUCIUS,  
S U P E R I N T.

---

L I P S I Æ,  
LITERIS IMMANUELIS TITII.





## Q. D. B. V.



Inodus, vox Græca, civitate Latina, quin & Teutonica jam donata legitur; Conventum, Coitionem & similia grammaticalē notione significat, de Conventu verò Clericali potissimum usurpatur. *Synonymum* vox Concilii dicitur, & quod Latini Concilium, id Græci Christiani

*συνόδες* & *συνάζεις* vocārunt, estque Synodi vocabulum recentius & ab hōc ferē tempore, quo Nicena Synodus fuerat coacta, obtinuit. Cœtus Deorum, & eorum quidem, quos Majorum Gentium appellabant, Gentilibus olim dicebatur Synodus, Christiani pro Conventu hominum hanc vocem perpetuō adhibent. Definitiones & Divisiones traduntur multifariæ, Definiunt Synodum, quod sit *solennis Conventus Ecclesiasticorum* & aliorum piorum ac eruditorum virorum, vel ob Controversias ex Verbo DEI componendas, vel dubia explicandas, vel veram doctrinam asservandam, vel disciplinam exterram in Ecclesia instituendam aut corrigendam publicā autoritatē habitus. Nota est *Divisio* in Synodos Oecumenicas s. Generales, & Nationales s. Particulares, & quod hæ iterum non sint unius generis, quædam enim ab Episcopis in suâ Diœcesi olim sunt convocatae & *Diœcesana* nominatae; quædam *Provinciales*, quando Episcopus s. Metropolita cum omnibus sua Provincia Episcopis & Presbyteris ad istas convenisse legitur. Pluribus hæc prosequuntur, qui de Conciliis & Synodis multa & memorabilia scripserunt, ut sunt B. *Lutherus* T. VII. Opp. Altenb. f. 235 -- 296. B. *Gerhardus* in Conf. Cathol. Lib. I. Part. II. c. X. B. *Selneccerus* Tract. de Conciliis. B. *Höpfnerus* in Disp. de Conciliis, quæ in Fascic. Disp. octava est. Excellentiss. Dn. D. *Rechenberg* in Append. Tripart. ad Libb. Symbol. P. III. f. 273. seq. *Bullinger*. Tr. de Concil. Petr. *Savvis*

Histor. Concil. Trid. quibus addatur utilissimum Opus Conci-  
liorum illustratorum, quod opera Job. Ludovici Ruelii incep-  
tum Job. Ludov. Hartmannus absolvit.

Nos de *Synodo Pastorali*, quæ in Regionibus hisce Saxon-  
icis obtinet, maximè jam solliciti. *Origo* sine dubio ex Ve-  
teribus Dioecesanis Synodis deducenda venit, quas Episcopus  
olim in suâ Dioecesi convocavit; in istis judicabant de doctri-  
nâ; judicabant, si quid à quoque à fide alienum, aut novum,  
aut inusitatum propositum esset; necessitatibus communibus  
prospiciebant; ceremonias examinabant; Viduarum curam  
gerebant; mores delinquentium corrigebant; leges & statuta  
pro conditione Ecclesiarum publicabant. Etsi enim Dioecesis  
olim non *Parochia* unius saltim Episcopi, ut vulgo hodiè usur-  
patur, sed plurium dicta fuerit, nostras tamen Synodos illis de-  
bere originem, nullus ambigo. *Confirmationem* Syno-  
dorum hodiernarum Constitutiones Ecclesiasticae dederunt.  
*Serenissimi* sanè *Saxonie Electores* curam earundem habuère singu-  
larem, spectat hūc Tit. XII. de *Visitatione & Inspectione Eccle-  
siarum*: Damit auch die Pfarrer (utar enim vernaculis verbis,  
quorum vim Latinò Idiomate satis exprimi posse dubito) die  
Haupt-Articul unser Christlichen Bekänftiſſ / so man Locos  
Communes nennet / lernen mit ausgedrückten und eigentlichen  
Zeugnissen der H. Schrift zu bestätigen/ und derselben Widerwär-  
tigen Irrthum mit Grund zu verwaffen/ und die verirreten Ge-  
wissen zu berichten/ soll neben obgemeldtem Buch H. Schrift von  
denen Superintendenten allerwegen jedern Kirchendiener ein Loco  
Communis gegeben/ und vom ersten de DEO angefangen/ und  
also hernach von einer Visitation zur andern durch alle Locos ge-  
gangen werden/ rc. Clarius de *Synodo loqvuntur sequentia*: Es  
ist hiebevor diese Verordnung geschehen/ daß ein jeder Superin-  
tendens/ nach seiner und der benachbarten Pfarrer Gelegenheit/  
alle Jahr einen Synodus halten/ und dazu aus den Städten/  
Flecken und Dörffern alle Pastores, so in seine Superintendenten  
ge-

gehörig beruffen/ und sich darinnen ihrer Lehr und Sitten/ auch  
 anderer vorfallenden Gebrechen erkundigen/ dieselbige in Besse-  
 rung richten/ &c. Non equidem ignoramus, anniversarias &  
 particulares Synodos ob abusum quendam ab ipso Principe o-  
 lim taxatas ac vice harum Generales Synodos esse institutas,  
 haben wir an statt obgemeldter Particular-Synodorum der Su-  
 perintendenten verordnet/ daß hinführō jährlich bey unserm Ober-  
 Consistorio zu Dresden/ an einem besondern dazu verordneten  
 und von der Regierung abgesonderten Ort/ zween General-Syno-  
 di gehalten werden &c. Cū tamē & ha generalis Synodi in  
 Electoratu Saxoniæ cessarint, ista particularis sublato abusu rur-  
 sus invaluable, ut adeo Superintendens cum Pastoribus suæ  
 Dioecesis non quotannis, sed post paucos annos Exercitium-  
 Synodale instituat. *Exempla* hujusmodi Exercitiorum ex  
 Ephoriis non omnia recensebo, neque omnia novi, sed ea tan-  
 tum, quæ typis impressa ad manus meas forte pervenerunt.  
 B. Dn. D. Georgius Lehmannus, Superintendens Lipsiensis longè  
 meritissimus, A. XC. Dissertationem synodalem habuit, de Mi-  
 nistro Ecclesie yngnis Lutheranae; Magnificus Dn. D. Joh. Fride-  
 ricus Mayerus, t. t. Superintendens Leisnicensis, hodiè Gryps-  
 waldia Decus, A. LXXIV. proposuit Synodalem Disputationem  
 de Confortatione Angelica Agonizantis Jesu, ad Luc. XXII. comm.  
 43. Resp. Dn. Abrahamo Fliesbach, Pastore Gersdorffensium;  
 Summè Reverendus Dn. D. Georg. Henricus Gözjus, olim Annæ-  
 bergensis, nunc Lubecensis Superintendens, Affinis noster sin-  
 gulariter dilectus, Specimen Synodale edidit Annæbergæ An.  
 XCIX. d. 26. Julii de *Spiritu Sancto* ad Joh. XIV. 26. Resp. Dn.  
 M. Joh. Christophoro Gentsel/ Archi-Diacono Annæbergensi;  
 Maximè Reverendus Dn. D. Christianus Lehmannus, Superin-  
 tendens hodiè Freibergensis, Exercitium Synodale publicavit  
 A. 1700. d. 6. Octobr. sub tit. *Senio observationum Liturgicarum de*  
*Baptismo in casu necessitatis, ad ductum Agendorum Ecclesiastico-*  
*rum propositus*; Resp. Dn. M. Jacobo Stahlkopfio, ad B. Virg.

Archi-Diac. Amplissimus Dn. D. Christianus Blumberg/Superint.  
Zwickaviensis, Dissert. Synod. edidit A. 1701. d. 7. Novembr. de  
*Causâ Apostasias Petri Berti, Christianissimi Regis quondam Histo-*  
*riographi, cur à Reformatis ad Papismum defecerit?* Resp. Dn. Da-  
niele Seyffart Cygn. ad D. Mar. Diacono. B. Dn. D. David  
Wendelerus, Præpositus & Superintendens Kembergensis, duas  
exhibuit Disputationes Synodales, unam A. 1688. d. 11. Maii,  
quæ sicut *Elogium Questionum ex Theologia Casuali*, Resp. Dn. M.  
Martino Ziemero, Ecclesiæ Wartenbergensis Pastore; alteram  
An. 1690. d. 18. Junii, quæ dicitur *Disputatio Anti-Pontifica de Cle-*  
*ricorum circa Calicem Christi prærogativa*, Resp. Dn. Andrea Ge-  
orgi, Eccl. Schmiddeb. Diacono; B. Dn. Johannes Simon, SS. The-  
ol. Licentiatus, Superintendens Seydensis, Gymnasma Synoda-  
le defendit A. LXXII. d. 4. Junii de *Baptismo Infantum corundem-*  
*que Baptizatorum Fide*, Resp. Dn. M. Wolfgango Pragero, Pasto-  
re in Mügel. Maximè Reverendus Dn. M. Joh. Abrahamus Kro-  
mayerus, Ecclesiæ Ohrdruffensis Pastor, Comitatûs Hohenloë  
Gleichenlis Superintendens & Consistorii Assessor, duas quo-  
que Disputationes Synodales A. XCIX. & XCIX, unam de Scri-  
ptura S. alteram de Theologia, ventilandas proposuit. Plura  
Exercitia aliis non ignota sunt. Ego haec tenus à me impetrare  
non potui, ut animum inducerem de Conventu Synodali insti-  
tuendo, tantum abest, ut scribendi pruritus me invaserit, ut po-  
tius, si forte Synodus habenda, de Thesibus saltim MSCris cogi-  
tarim; Mea enim mihi nunquam placent, ac proinde vix co-  
gitare possum, placitura esse aliis, quod olim respondisse fer-  
tur Socrates interrogatus: Cur nihil scribeberet? Effecit tamen  
Theologus Reformatus Bremensis, D. Cornelius Hasen, qui me-  
am olim sub B. Carpzovio habitam Dissertationem de *Descentu*  
*Christi ad inferos*, censuræ suæ satis rigidæ exposuit, ut *Vindicias*  
eidem oppositas hæc occasione prelo committerem ac publici  
juris facerem. *Negotia* in hujusmodi Synodis expedien-  
da certè non sunt edere & bibere, aut nos omnes cibo vinoque  
per-

perturbatos & confusos cernere, quæ malevolorum calumnia,  
 hi mores sunt Epicureorum, alia omnia cogitamus & expedi-  
 mus. Concionamur, disputamus, peroramus, Viduarum & Or-  
 phanorum curam gerimus, in cuiuslibet Parochiæ statum dili-  
 genter inquirimus ac in Domino gaudemus. Respondentis mu-  
 nus in disputando tuebitur imprimis Dn. M. Christian Gotfredus  
*Hausius*, Archi-Diac. Born. Oratoris officia exequetur Dn. M.  
*Paulus Henr. Schwarzius*, Diac. Born. qui Chronicon Bornense  
 à B. M. Jacobo Wincklero, ac B. M. *Sebastiano Kühn* Archi-Diaconis  
 Bornensisibus, latino æquè ac vernaculo idiomate feliciter in-  
 ceptum continuabit oratione eleganti. Opponentium vices in-  
 se suscipient Dn. *Sam. Henr. Reising* Pastor Nenckersdorffensis,  
 Dn. *M. Andreas Kämpfle* Pastor Deuzensis, ut & Dn. *M. Christianus Corpus*, Pastor Steinbachensis; Concionem Synodalem ha-  
 bebit Dn. *M. Henricus Heller* Pastor Eulaviensis, Textum suppe-  
 ditabunt verba Davidis in Psalmo CXVIII, 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.  
 Man stößt mich/ daß ich fallen soll/ aber der HErr hilft mir; der  
 HErr ist meine Macht/ und mein Psalm/ und ist mein Heyl; Man  
 singet mit Freuden vom Sieg in den Hütten der Gerechten/ die  
 Rechte des HErrn behält den Sieg; die Rechte des HErrn ist er-  
 höhet/ die Rechte des HErrn behält den Sieg. Ich werde nicht  
 sterben/ sondern leben/ und des HErrn Werk verkündigen. Der  
 HERR züchtigt mich wohl/ aber Er giebt mich dem Tode nicht;  
 Thut auf die Thore der Gerechtigkeit/ daß ich da hinein gehe und  
 dem HErrn danke. *Finis* ergo ultimus erit Gloria DEI Triu-  
 nius, cui in Aede Sacra ac ædibus nostris gratias persolvemus  
 quæ maximas, qui puritatem Verbi sui, qui Pacem svavissimam  
 in hisce regionibus ex singulari gratiâ conservavit, nosq; omnes  
 innumeris cumulavit beneficiis. Suplices quoque adorabimus  
 Clementissimum Numen, ut nos miseros respiciat porrò, atque  
 Ecclesiam suam, quæ laborat heu! & magnis procellarum tur-  
 binibus agitatur, ulterius tueri perget. *Intermedius finis pacis*  
 fraternæ conservatio, officii admonitio, ac in Studiis exercitatio

non



non immeritò dicitur. Nimirum apprimè bonum & jucundum  
est, Fratres in Christo non modò Concordiam & Pacem inter se  
perpetim alere, sed etiam in unum quandoque convenire, pios  
de capitibus doctrinæ cœlestis sermones miscere & sacra hilaria  
celebrare, idq; haec tenus in Synodis fieri consuevit; Quos ne-  
glectus officii accusabit, eos admonebimus, ut tales se gerant  
Pastores, quales D. Petrus requirit: *Pascite, quantum in Vobis est,*  
*Gregem Christi, curam illius agentes non coacte, sed volentes: non*  
*turpiter affectantes lucrum, sed propenso animo; neq; ceu Dominium*  
*excentes adversus Cleros, sed sic, ut sitis exemplaria gregis;* Et  
*quum apparuerit ille Pastorum Princeps, reportabitis immarcessibili-*  
*lem gloria coronam, 1. Petr. V, 2. 3. 4.* Vos verò Exercitiō hōc Syno-  
dali monstrabitis, Studium Theologicum non in urbibus saltim  
sed & in pagis doctissimè excoli; evertetis calumnias eorum, qui  
asserunt, Horrea esse Musea vestra, Greges Bibliothecam; ob-  
turbanitis ora Romanensium, præprimis Schererij Jesuitæ, qui ita  
in Evangelicos & Paganos maxume ore maledico invehitur Pa-  
stores: Wo irgends einer bey keinem Handwerk zugelassen wird/ oder aus  
Faulheit sein Handwerk nicht arbeiten will/ der tanget für einen Prädican-  
ten. So lassen sich auch die Prädicanten neben ihrem Predigamt zu allerley  
auch geringen und schimpflichen Aemtern gebrauchen. Man weiß/ daß an  
einem Ort ein Prädicant vor Essen denen Bauern geprediget/ nach Essen a-  
ber zum Tanz gepfiffen hat. Auf der Jagt oder Gejäden vertreten sie oftz ei-  
nen Hundsbuben/ und lauffen daher neben andern Holländern mit ihrem  
Schweinhezer. In den Kriegesläufften geben sie neben ihrem Predigamt  
bey denen Haupitleuten Einkauffer. Tom. I. Opp. fol. 118. O hominem pro-  
digiosè mendacem! Sufficiat, quod Thrasonibus istis audacter & magnō  
animō prodire obviam sitis instructissimi. Indico Vobis Synodum ad d.  
XII. Septembr. Agite, *Fratres Perdiletti*, parate vos ad Sacrum hoc Exer-  
citium, attendite doctrinæ & formæ sanorum verborum, ut non tantùm  
sitis diδακτοι, verū etiam διυλαζει τροπαιον ελέγχεις η μητρο-  
μία. Adeste frequentes & me statò tempore post auditam horam  
sextam matutinam salutate omnes & singuli, salvi beneque valentes. Ad-  
sit vobiscum gratia divina, Angelorumque cohors, vosque adducat, re-  
ducat & lospitet! Ita valete iterum iterumque! E Museo Bornæ

d. XVII. Augusti A. C. 1703.

QR. 211.

BR. 211.2

# SYNODIOECOSIS BORN

D.XII. Septembris

TIMOR  
CELE

PLURIMUM

COLLEGAS  
SINGULOS

PERAM

L. JOH. G.

su

L I  
LITERIS IM

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Farbkarte #13

